138 ss.; ad solidam institutionem in historia ecclesiastica specifica praeparatio professorum requiritur atque conveniens lectionum numerus, per tres saltem annos distributarum, 141 ss.; confutantur obiectiones, secundum quas historia ecclesiastica ad relativismum dogmaticum educat atque spiritum censorium apud clerum fovet, 144 ss.

Imago sacerdotis eiusque influxus in vocationes, 843; ad eam clare definiendam duo necessario sunt attendenda: *a*) immutabilis doctrina Ecclesiae, 843; cf. 849; *b*) aspectus sociologicus et psychologicus nostrae aetatis, 843; cf. 849; aliquando quidam eius non authentici aspectus reiciuntur, 846; imago sacerdotis non semper clara iuvenibus videtur, 868; cf. 853; 863.

Institutio religiosa in publicis scholis mediis tradatur a sacerdotibus ad hoc munus obeundum vere paratis, 416 ss.; prae oculis semper habitis condicionibus socialibus et familiaribus alumnorum, nec non normis sanae psychopaedagogiae et didacticae, 416 ss.; attentis insuper peculiaribus exigentiis uniuscuiusque generis scholarum propriis, 424 ss.

Iuvenes et vocatio sacerdotalis, 847.

Libertas: In exercitio suae libertatis homo necessarios limites invenit in auctoritate, 560 s.; antinomia quaedam inter libertatem et auctoritatem exsurgere potest, 556 s.; quo modo quibusque rationibus antinomia superatur, 563 ss.; libertas et auctoritas in educatione, 605; de recta libertate agendi in institutione sacerdotali et in vita presbyterorum, 631 ss.; libera « initiativa » et oboedientia, 605.

Liturgica institutio in seminariis. Sacra Liturgia in seminariis inter disciplinas necessarias et potiores est habenda, 108; magistri proinde qui huic disciplinae docendae praeficiuntur ad munus suum speciali cura instituendi sunt, 108; aliarum disciplinarum magistri curent ut earum connexio cum Liturgia et unitas sacerdotalis institutionis aperte clarescant, 108; a vera ac germana sacrae Liturgiae notione omnino ii aberrant qui eam iudicent quasi decorum quendam caeremoniarum apparatum, 109; nec minus aberrant qui eam veluti meram legum praeceptorumque summam reputent, 112; Liturgia est in primis opus Dei et Christi, 113; per eam, veram Ecclesiae epiphaniam, « opus nostrae Redemptionis exercetur »: Christus enim Ecclesiae suae semper adest, praesertim in actionibus liturgicis, 114; praesens adest in verbo, siquidem ipse loquitur dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur, 114; etsi sacra Liturgia est praecipue cultus divinae maiestatis, magnam etiam continet populi fidelis eruditionem, 115; permagni facienda methodus in hac disciplina tradenda: intima rituum significatio nec non elementa theologiae liturgicae accurate explicentur, 117 ss.; magistri insuper alumnos doceant ea quae in Liturgia mutationibus sunt obnoxia et ea quae essentialia sunt atque immutabilia, 128 ss.; peculiari modo in sacra Liturgia experientia Christi habetur, qui non solum praesens est sub speciebus eucharisticis, sed etiam in sacramentis et in verbo suo, 304; praesens denique ipse adest dum supplicat et psallit Ecclesia, 304.

Magisterium Ecclesiae. Nostris praesertim temporibus relationes cum Magisterio Ecclesiae ordinario, ex parte sive theologorum sive christifidelium, quasdam patiuntur difficultates, 527; quarum praecipuae significantur causae, 528 s.; de natura Magisterii ordinarii, de organismis hierarchicis transmissionis, deque eius cum fidelibus relatione, 529 ss.; modi seu rationes quibus Magisterium explicari potest: per Episcopos in communione cum Romano Pontifice, 533;; per singulos Episcopos, in dioecesibus, 533; per Summum Pontificem, etiam cum non ex cathedra loquitur, 533;; per actum infallibilitatis, 533; de relatione Magisterii ordinarii universalis cum theologia, 538.

Maria Virgo (*B.*). Definitur locus quem devotio mariana obtinet in istitutione spirituali futurorum sacerdotum, 307 ss.; momentum dogmaticum et paedagogico-spirituale maternitatis spiritualis B. Mariae, 311 ss.;; devotio mariana, quae maternitate spirituali B. V. Mariae nititur, plene respondet renovationi quam Oecu-

menica Synodus fovere intendit, 319 s.; per reditum scilic. ad fontes scripturisticos, 321 s.: per doctrinam propositam secundum exigentias ecclesiologiae et historiae salutis, 322 s.; per attentionem quae renovationi pastorali praebetur, 323 ss.; per observantiam postulatorum veri oecumenismi, 325 s.; liberum consensum Incarnationi praebens, Maria electum instrumentum redemptionis evadit, 494; evangelium eam ostendit divinae voluntati semper fidelem ac docilem erga inspirationes et signa, quibus Deus suam salvificam voluntatem communicabat, 494 ss.

Maturitas humana et sacerdotalis institutio. Debitam maturitatem humanam excolat sacerdotalis institutio, 84; curetur proinde institutio moralis, 85 ss.; quae sit « activa », 86; erga optima quaeque amorem foveat (id est erga « ideale »), 87; virtutes humanas colat, ut animi moderationem (« sui ipsius dominium »), constantiam, hominum rerumque iustam aestimationem, 89, disciplinam, 89; circa intellectualem institutionem haec commemorantur: optimorum scriptorum studium, 90 s.; atque ceterarum disciplinarum quae ad litteras scientiasque referuntur, 92; non modo schola, sed alia quoque multaque media, ad humanam educationem conferunt, itinera, v. g., et communicationis socialis instrumenta, 95 s.; quae omnia, si iure meritoque ab educatione proprie « christiana » distinguuntur, minime ab illa separantur, 96.

Oboedientia. Eius natura, 631 ss.; prima et fundamentalis oboedientia consistit in prompta et humili acceptatione exsistentiae limitatae, 466; omnis oboedientia semper relationem dicit ad divinam voluntatem, etsi ad auctoritatem humanam immediate refertur, 545; ipsa humanae naturae fundamento nititur, 481 ss.; bonum commune fundamentum oboedientiae, 483; ea igitur primo et per se non respicit asceticam perfectionem, at boni communis assecutionem, sub ductu legitimae auctoritatis, 486; oportet proinde a docilitate distinguatur, 486;

— *christiana*: in Christianismo oboedientia novas altioresque invenit rationes, 481; suum fundamentum habet non in praecepti intellectione, at in fide et in amore erga Christum, qui in Ecclesia praesens est per signum sacramentale, quod est auctoritas, 568; non consistit in mera praecepti acceptatione, sed est actus vere responsabilis, 567 s.; in Ecclesia subditus potest et debet pro legitimitate praecepti praesumere, sed ius et obligationem habet iudicandi in conscientia de honestate praecepti, 469; est condicio essentialis vitae christianae, 480; cf. 576 s.; eius exercitium, 646; suum culmen attingit in subiecto vere libero, qui facit voluntatem Patris, sciens se mysterii Christi esse participem, 487 ss.; in ea duo sunt attendenda: *a*) sacrificium seu abnegatio propriae voluntatis non humiliat sed exaltat, 488; *b*) Dei voluntati potius quam legitimae auctoritati paretur, 489; Christus magister et exemplar oboedientiae, 573; tota eius vita et actio salvifica exhibetur sub aspectu oboedientiae erga voluntatem Patris, 469 ss.;

— *clericalis*: in varias species distinguitur: ratione subiecti, obiecti, motivorum atque finium, et ratione « dimensionum » in quibus praestatur, 466 ss.; ea iure dici potest una ex variis formis et modis concretis quibus alumnus intimam naturam oboedientiae Christi participat, 473; in casu conflictus, mensuret clericus suam inoboedientiam propter « conscientiam », exemplo Christi, 477; tota quaestio hodie agitata de clericali oboedientia ultimatim iuridice componi nequit: ratio enim practicae solutionis Christus est, eius exemplum eiusque Spiritus, quibus simul unum exemplar productivum constituitur, 477 ss.;

— *erga Summum Pontificem*: 500 ss.;

— *erga Concilium*: 542 ss.;

— *erga Magisterium ordinarium*: 527 ss.

— *erga Episcopum*: 512 ss.; non modo laici verum etiam sodales religiosi reverentiam et oboedientiam, secundum canonicas leges, Episcopis praestare debent, 514; rationes quibus oboedientia eis praestatur, sive *a*) ex parte fidelium, 517 ss.; *b*) sive ex parte presbyterorum, 523 s.; interior dispositio eorum qui Episcopo parere tenentur, 524 ss.; educatio ad oboedientiam, 602 ss.; quid ea importet, 612 s.; animadversiones circa methodum

educationis, 613 ss.; alumni ad sacra suscipienda munera vocati peculiari sollicitudine in sacerdotali oboedientia sunt excolendi, 258; cf. 631 ss.; oboedientia et libera initiativa, 631 ss.

Opus Vocationum Ecclesiasticarum disponit ac promovet universam fovendarum vocationum pastoralem actionem, 67 s.; eius activitas: sub respectu doctrinali, 848; quoad collaborationem cum variis centris institutionis religiosae nec non divulgationis veritatis, attentis exigentiis iuxta diversas aetates, 848; relate ad peculiares experientias vel exercitationes quae a iuvenibus in communi fiunt, 849.

Paedagogia sacerdotalis. In institutione sacerdotali recentiora sanae paedagogiae inventa rite sunt attendenda, 345 ss.; agitur praesertim de educatione magis activa, 346; de alumnis intime noscendis, 347 ss.; de opportuna disciplinae adaptatione, 349 ss.; de vera candidatorum maturitate assequenda, 351 s.; de adulescentium animorum paterna comprehensione, 352; de iuvenum libertate prudenter servanda, 353 ss.

Pastoralis actio pro vocationibus. Quod ante Concilium Vaticanum II simpliciter « vocationum delectus » (recrutement) appellabatur, nunc potius « pastoralis actio pro vocationibus » dicitur, 65; quae theologicum postulat fundamentum, quod est ipsa Ecclesia veluti « sacramentum » unitatis inter Deum et homines considerata, tamquam salutis et gratiae mediatrix, atque ideo vocationum omnium quae a Deo procedunt, 66 ss.; officium ergo fovendarum vocationum ad totam christianam communitatem pertinet, 66 ss.; episcopis in primis moderantibus, 67, sacerdotibus religiosisque adlaborantibus, 67 s., operibus ad vocationes fovendas adiuvantibus, 67 s.; communitas christiana suum officium erga vocatos exsequitur tum ferventes effundens preces, 70 s., cum sanctae vitae afferens testimonium, 71, cum integram humanam atque christianam iuvenum educationem provehens, 72 ss., cum denique peculiari pro vocationibus activitati favens, quae partem habeat in ampliore pastorali activitate, 78 ss.; haesitationes quaedam in cura pastorali pro vocationibus hodie exsistentes explicantur dubiis circa ipsam naturam presbyteratus hic atque illic ortis, 649 s.; requiritur proinde ut tuta de sacerdotio doctrina, relate praesertim ad Christum Pastorem et ad Ecclesiam, clare proponatur, 847; 849.

— *relate ad personas*: ad adultos, 847; ad adulescentes et iuvenes, 847; ad clerum, 487 s.

Philosophica institutio fundamentalis ante theologiam inceptam est tradenda, 149 s.; dein est prosequenda, 150; quod fieri potest vel una cum theologia, vel etiam post theologiam, 150; prima ratio tamen praeferenda videtur, cum habitus philosophicus et habitus theologicus simul recte progrediantur, 150; hypothesis ergo describitur quae « duorum temporum » (deux cycles) vocari potest, 150; primum tempus propaedeuticam ac philosophicam generaliorem institutionem continet, 151; quodque in duas dispescitur partes: in prima cursus introductorius habetur, in quo « Mysterium salutis ita proponatur ut alumni studiorum ecclesiasticorum sensum, ordinem eorumque finem pastoralem conspiciant simulque ad propriam vitam fide fundandam et penetrandam iuventur », 151; in secunda autem parte fundamenta disciplinarum philosophicarum praecipue pertractantur, 152, quae in quinque cursus ita distribui queunt: 1) philosophia naturae et metaphysica, 153; 2) anthropologia (et philosophia moralis ac socialis), 154; 3) historia philosophiae, 155; 4) initiatio in lecturam et cognitionem sacrorum Librorum, 156; 5) de mysterio Christi deque historia salutis, 156; alterum vero tempus (deuxième cycle) est vera continuatio institutionis philosophicae et una cum institutione theologica expletur, 157; quaestiones et philosophica themata ad modum exempli proponuntur simulque procedendi ratio indicatur, 158 s.; de historia philosophiae et de religionibus non christianis, 159; de necessaria praeparatione professorum, qui sint vere educatores sub respectu spirituali intellectuali et paedagogico, 160 ss.; non modo alumnos inter et magistros intellectualis amicitia requiritur, at etiam inter magistros concordia animorum et doctrinae concentus exoptantur, 164 ss.

Presbyteri. SS. Trinitatis sunt ministri, tum vi consecrationis, qua Christi sacerdotii partes accipiunt, tum propter missionem a Trinitate profluentem, ad eandem ordinandam, 227 ss.; varia munera: docendi, sanctificandi, regendi « nomine » vivificae Trinitatis eo fine exercent ut per Filium, in Spiritu Sancto, vita Patris in totum mysticum Corpus diffundatur, 230 ss.; ii proinde, cum sint « ministri » Christi, prout inter homines et SS.mam Trinitatem ipse Mediator exsistit, plene ac plenius in ministerium Christi « intrare » debent, 233 ss.; si magistri divini verbi sunt, discipuli quoque Christi ferventiores sint, 244; si sanctificatores, magis sanctitatem quaerant, 244; si ceteros ad Dominum serviendum ducunt, ipsi primum omnibus inserviant, 244; eorum erga Episcopum oboedientia fundatur in participatione ministerii episcopalis, quae ipsis per sacramentum Ordinis et missionem canonicam confertur, 523 s.; sub ductu Episcopi, ad bonum commune Ecclesiae adipiscendum presbyteri adlaborare vocantur, 525.

Psychologia et institutio sacerdotalis. Recentiora psychologiae inventa non parvi momenti sunt ad sacerdotalem institutionem adiuvandam, 354 ss.; psychologia enim utilis praecipue videtur in iis quae ad spiritualem religiosamque maturitatem adipiscendam spectant, 357 ss.; ad sensum responsabilitatis firmandum, 360 s.; ad religiosam maturitatem consequendam, 361 s.; ad apostolicae navitatis capacitatem obtinendam, 362 ss.

Sacerdotium. Eius germana notio ostenditur, quae suscitandis vocationibus formandisque futuris presbyteris hodie praelucere debet, 648 ss.; definitio eucharistico-sacramentalis quam de sacerdotio exhibent manualia theologica traditionis scholasticae, 650 ss.; sub luce Vaticani II presbyteratus apparet tamquam insitum ministerium in ipso sacerdotali populo Dei, ad congregandum, uniendum, regendum, aedificandum eundem populum, 652 ss.; haec nova notio presbyteratus suum influxum non solum theoricum, sed praecipue practicum, exercere debet in formationem seminaristarum, 656 ss.; speciali modo homo Ordine sacro Christo configuratur, 243; catholicum sacerdotium concipi atque explicari nequit nisi per sacerdotium Christi, quod essentialiter in consecratione et missione consistit, 782; primarium et fundamentale sacerdotium in Ecclesia est sacerdotium totius Ecclesiae, 784 s.; sacerdotium istud Ecclesiae in sacerdotio ministeriali peculiarem visibilitatem attingit, ita ut in vita publica manifestari possit, 785 s.; potestates sacrae, quae sacerdoti per ordinationem conferuntur, sunt primitus potestates Ecclesiae, 786; sacerdotium exsistentialem characterem prae se fert, totam sacerdotis vitam ad Christum referendo, ita ut ille et Christum possideat et a Christo possideatur, 789.

Scientifica institutio. Concilium Vaticanum magistros urget ut ipsa ad Christum semper referatur: disciplinae philosophicae et theologicae conspirent ad alumnorum mentibus magis magisque Mysterium Christi aperiendum, quod totam generis humani historiam afficit, 245.

Scriptura Sacra. In sacris libris Pater cum filiis sermonem confert, 298 ss.; in Novo Testamento vita christiana etiam ut experientia concipitur, 301 s.

Spei virtus. Est donum Spiritus, qui in corda membrorum Ecclesiae diffunditur, 667; est robur mentis, quo christianus in adversitatibus strenue perseverare atque fidelitatem servare valet, 668; ad diligentem actionem incitat, 668; est elementum essentiale vitae christianae, 669 s.; praecipuus fons christianae libertatis, securitatis, laetitiae, 669; eius essentia principaliter in fiducia collocatur, 670; est virtus maxime respondens praesenti condicioni hominis viatoris, 672; virtus propria totius Ecclesiae peregrinantis, 672; est in primis virtus sacerdotalis, 673; sacerdos spem fidelium corroborat etiam tota sua vita, 675; in candidatis ad sacerdotium haec virtus fovenda est oratione, meditatione, frequenti Eucharistiae usu, 674.

Spiritualis institutio candidatorum ad sacerdotium. Traditio et renovatio in ea harmonice componuntur, 217 ss.; ne in

hac re magni momenti damnosa oriatur confusio, Vaticanum II quid recte de « renovatione », seu « aggiornamento », sentiendum sit significanter ostendit, 218 s.; quae enim de sacerdotali institutione traditio nobis obtulit, ea Concilium penitus confirmavit: ex. gr., spiritualem vitam trinitariam, divinae Scripturae amorem, paupertatis acceptationem, oboedientiam, 222; nonnulla elementa, renovata quidem ratione, proponuntur, ut « mysterium paschale » vivere, « Episcopo tamquam cooperatores adhaerere », « sociam cum fratribus operam praestare », itaque « testimonium exhibere illius unitatis qua homines ad Christum attrahuntur », 222; in renovanda sacerdotali institutione procul dubio aderit Ecclesia, quae de perfectis, vel imperfectis, vel erratis inceptis tandem iudicabit, nec optima quaeque impediens nec germanam traditionem reiciens, 223; seminaria igitur, quae imagines Ecclesiae sunt, tantum progrediendo mutantur, 223, inde a formatione seminaristica sanctitas sacerdotalis aedificanda est super fundamentum omni ex parte primum, mysterium scil. SS. Trinitatis, quod totum ordinem salvificum implet, coordinat atque vivificat, 226 ss.; in decreto *Optatam totius* statuitur ut institutio spiritualis cum doctrinali et pastorali arcte connectatur et ita impertiatur, ut alumni cum Patre per Filium in Spiritu Sancto famulari et assidua societate vivere discant, 237; itaque sane percipient quanta sacerdotii presbyteralis magnitudo profluat ex eius integratione in missionem Christi-Sacerdotis, qui per Ecclesiam omnes populos ad constituendam SS. Trinitatis familiam convocat, 240; ad exemplar Iesu Christi, Magistri, Sacerdotis et Pastoris, veri animarum pastores formentur, 244; educatio in Christo fundata natura sua efficit ut alumni virtutes sacerdotales atque pastorales acquirant, quae quidem sociales, communitariae, ecclesiales sunt, 245 ss.; caritas magis magisque addiscenda, variis modis in seminario addisci potest, 248 ss.; formationis tempore, sacrorum alumni etiam extra seminarii saepta opportune caritatem pastoralem exerceant, at principalis modus huius exercendae virtutis est fraternitas in eadem domo conviventium, 254 s.; ut integra alumnorum institutio idoneos animarum pastores efformare valeat, temporum locorumque pastoralibus necessitatibus semper congruere debet, 259 s.; curandum est ne ea in solis pietatis exercitiis consistat, 287 ss.

Summus Pontifex. Caput visibile Ecclesiae universae, auctoritate sua significat atque realizat Christi Domini principatum: est signum, imago et instrumentum efficax Salvatoris, in illa triplici missione, omnes scil. gubernandi, docendi, sanctificandi, 501 s.; qui Summi Pontificis mandatis paruerint, participes fient Eius missionis universalis caritatis, 502 s.; ipsa infallibilitas pontificia iure meritoque concipitur veluti singulare ac praeclarum servitium in bonum communitatis christianae, 503; religiosum voluntatis et intellectus obsequium singulari ratione praestandum est Eius authentico Magisterio, etiam cum non ex cathedra loquitur, 505.

Theologi in sacro Revelationis deposito pervestigando aliter se gerant quam in veritatibus populo christiano exponendis atque divulgandis, 540 s.

Traditio et renovatio: inter utramque arcta intercedit habitudo, 217 ss.; traditio vivens continuo atque necessario renovatur, 218; itaque renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere ducenda est, neque eius traditiones interscindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle, 219 s.

Virtutes naturales. Eae quoque necessarium exstant fundamentum institutionis sacerdotalis, 265.

Virtutes theologales. Sacrorum alumni discant in fide, spe et caritate firmari, 287 s.; servitium dilectionis, quod est praecipuum « medium » sanctitatis sacerdotalis, alumnum simul firmat in spe et fide, 291; in earum exercitio spiritus orationis acquiritur, 293.

Vita spiritualis. Momentum « interioritatis » in vita sacerdotali, 276 s.; de interdependentia deque variis relationibus inter vitam spiritualem et activitatem apostolicam, 277 ss.; quae activitas valde prodest spirituali vitae presbyterorum, 280; interioritate sua homo universitatem rerum excedit, et in interioritate cordis Deus eum exspectat, ibique homo sub oculis Dei de propria sorte decernit, 298.

Vocati ad sacra suscipienda munera. Quomodo voluntatem Dei, ad sacerdotium vocantis, ii percipere valeant, 263 s.; auctoritas ecclesiastica et libertas divinam invitationem amplectendi, 263; peculiari sollicitudine in sacerdotali oboedientia excolantur, ut suam voluntatem assuescant Dei voluntati candide subicere, 631 ss.; intima totius vitae consortione, ut amici, Christo adhaerere assuescant, 840; quodsi in sacerdotii effigie describenda et, postea, in sacrorum seminariorum tradenda institutione id curetur, ut iuvenes Christum imitandum prae oculis semper habeant, non modo ab incepto itinere non deficient, sed etiam omnia, quae ipsis gravia ac difficultatis plena sustinenda fuerint, libentissime amplectentur, 841.

Vocatio missionaria. Dum omnes christifideles vocantur ad laborandum *pro* missionibus, non omnes mittuntur ad laborandum *in* missionibus, 54 s.; haec est vocatio omnino specialis, ad quam suscipiendam bona voluntas sola non sufficit, sed opus est dotibus et dispositionibus congruis, 56 ss.; secus ac vocatio religiosa, haec missionaria non potest ad actum deduci nisi accesserit missio ex parte auctoritatis ecclesiasticae, 60; de natura huius *vocationis* et *missionis,* 60; de dotibus et qualitatibus requisitis in subiecto, 56 ss.; de spiritu quo missionarius accedere debeat ad animas Christo adducendas eiusque solidarietate cum eis, 55; de accommodatione missionaria deque quibusdam excessibus in hac re vitandis, 55; de fine specifico missionis, quo obtento labor missionalis coronatur, 62 ss.

Vocationes sacerdotales. Sunt donum a Deo directe concessum, 1; Deus vocat ut opus redemptionis perficiatur, 8; Ecclesiae magnopere interest ut vocationes sint, ob earum peculiarem aestimationem intrinsecam, 1; et ob necessitatem pro evangelizatione mundi, 2; libera hominis acceptatio, 8; vocatio a publica auctoritate facienda seu a legitimis Ecclesiae ministris, 8 ss.; cf. 263; fovendarum vocationum officium ad totam communitatem christianam pertinet, 15; 66 ss.; arto nexu vocatio sacerdotalis cum generali vocatione christiana coniungitur, 15 s.; « imago » sacerdotii, a documentis Vaticani II exhibita, aptiora elementa praebet ad iudicium de vocatione ferendum, 662; Summus Pontifex maiore in luce vult ponere quaedam capita quae spectant ad modum quo adulescentibus sacerdotium Christi sit proponendum, 840; quae quidem capita, cum non satis semper aestimentur, inter causas praecipuas recensenda sunt cur multae regiones ecclesiasticarum vocationum inopia laborent, 840; qui in proponendo iuvenibus sacerdotio humanitatis bona praetermittit, procul dubio in errorem incidit, 840; at non minus errat qui, horum bonorum urgendorum causa, lineamenta sacerdotalis vitae posthabeat, 840; cum ecclesiasticae vocationes fiant hodie numero rariores, quia sacerdotis vita atque sacrum officium aliter describitur ac re et veritate sunt, in primis sedula opera danda est, ut germana sacerdotii natura in sua luce bene collocetur, 840.

Vocatio religiosa. Specialis vocatio divinitus datur ad statum religiosum amplectendum, 1; 18; mediationi Ecclesiae committitur, quae eam et altius doctrina illustrat et sapientibus normis regit, ad universale ipsius Ecclesiae bonum assequendum, 19 ss.; quamquam christifideles omnes ad sanctitatem vocantur, haec vocatio « proprio quodam modo » in iis manifestatur qui consilia evangelica sequuntur, 22 ss.; quibus religiosae familiae auxilia non parva ferunt, ut stabilitatem in modo vivendi firmiorem, doctrinam probatam, communionem fraternam, libertatem per oboedientiam roboratam, 23 ss.; religiosa vocatio recte status perfectionis appellatur, quia non modo intimam animi perfectionem attingit, sed

constituitur tamquam ecclesialis forma vitae, plena quidem gratiae ac responsabilitatis, absolute dicata Deo supra omnia diligendo, 24 ss.; iure meritoque ergo dicitur in baptismate funditus radicari, cum sacramenti gratia atque vota plene in statu religiosae perfectionis ostendantur, 26 ss., ut perfecta caritas, 31; sequela Christi, 31 ss.; apostolica navitas, 33 ss.; hominibus huius temporis servitium, 42; vitae aeternae signum atque testimonium, 42 ss.